

L. S. to the Emperor of Russia

Latin

Baruffi

Sacra Caesaræ Regiæ Majestas  
Domine Domine Clemētissimè Benignè

Quoniam certo nobis imminuit Fratrem nostrum Comi-  
tem Samuelem Kalnoki Vestre Majestatis Fi-  
delium et Vice Cancellarium Aulicæ Transylva-  
nicæ exhibuisse Vestre Majestati Memo-  
riale Fratrum nostrorum Catholicorum de  
Referendarij Aulicæ Transylvanici Benedicti  
Hentze ab officio amotione, et Joannis Fiac-  
milocum illius Successione, legimus Vestre  
Majestati, Ex debita erga Eandem Fide  
et ex nostra quod ad Diplomatis ac Be-  
nignissimam Vestre Majestatis Reso-  
lutionem



lutionem et Instructionum custodiam ac obser-  
" vantiam obligatione. Et nisi his Sancte ob-  
" servatis Patrie nostrae per illas consulatur,  
illius periculi et Confusionum praeter et proxi-  
" ma Pollicitudine quam humiliter sequentia  
remonstrare.

¶ Quod processus vel ista agendi Forma non parum  
nos contristet utpote Instructionis a Vestra  
Majestate Cancellario et Vice Cancellario da-  
" ta Article 6to plane contrarias, et nobis  
invisas factus, quum tamen clarum sit et natura-  
" le. Quod Ministri per quos constituuntur, et  
quorum Salario aluntur, per illos, vel saltem  
cum Scitu et Consensu etiam illorum quorum  
interest, mutentur, nec licere paucis ad libitum  
dispensare de illo, quod omnium interest. Et  
ut clarius dicamus, in istorum Cancellarie  
tandem Corporis Politici membrorum prece-  
" dentatione, ut in primordio non liceat, ita etiam  
in posterum non licet, Nationi puta Hungaricae  
Sive Siciolicae, vel Saxoniae Sola, reliquis  
minis aliquem obviare, vel invisas suppo-  
" nere



nere. Ita etiam Religioni ex quatuor nulli idem  
licet Soli, sed cum Consensu reliquorum, de quo  
nec in hoc passu desperandum erat, si osten-  
" sis in tali Casu necessarius ille cum ordine bona  
petitus fuisset. Nec gravantur ipsi Fratres  
nostri Catholici jam nunc fatēri, quod ab  
ipsis in hoc processu aliquid erratum sit.

Quod ad materiam autem vel Subjectum, nempe  
Peregrinum Joannem Fiat, Salvo alias ipsius  
personali honore, quem non attingimus. Id  
omnino est Diplomati ac Legibus et Liber-  
"tatibus nostris, ab ipsamet Vestra Majestate  
Clementissime nobis in Statu quo relicto  
Condicarium. Quamvis enim origine fuerit  
quondam ex partibus Caransebesiensibus  
Transylvanie annexis, tamen in Transylva-  
"nia nullam residentiam habens, nec notus nobis,  
nec nos noscens, educatus peregre, et non no-  
"stris Consuetudinibus ac Legibus si per quas  
tamen nos regi debemus: Imbutus, sed alienis,  
unde



unde inevitabiliter Confusiones et Scandala  
sequi necesse esset.

3. Magna videtur iniuria, et infamia et iniuria toti  
Transylvanie, et ipsi demum Religioni Catholi-  
"ce Transylvanie, Infamia dum Subjectum  
tali officio dignum extra illam quasi tali-  
"um prorsus expertem quaeritur. Iniuria,  
dum beneficia ac honores Patriae Indi-  
"gemis, et Naturae et Patriae Vestrae Majes-  
"tatis Diplomaticae Jure illis debita, in ali-  
"enos transferuntur.

4. Nec quadrat objectio quorundam ratione personae  
Civitate Sicut Kerekti, quod ipse etiam ex  
Hungaria sit oriundus. Nihil enim ille ex  
Hungaria praeter naturam habet. Educatio  
in Transylvania, et quicquid Sive Animi Sive  
Corporis vel Fortune donorum habet Trans-  
"ylvanie debens, et ab adolescentia illius Cons-  
"titutionibus ac Legibus imbutus.



5 Insuper etiam posset, an fuerit plenus Consensus omnium  
Fratum Catholicorum in hoc puncto, praesertim  
quod ad personam ipsius Joannis Fiat. Qui  
Consensus etiam si aliquo modo vel obtentus ac  
perservatus esset, vel obtineretur, uti duo Consilia  
Catholici praesentes nunc etiam inherere suo  
memoriali, non tamen videtur Sufficere, ut pre-  
valeat ad Diplomatis et Tranquillitatis ac Sa-  
lutaris Patriae eversionem.

6 Nota toti Mundo est Vestrae Majestatis immata Be-  
nignitas, quae suorum Infortuniorum de Ipsa non ma-  
nente meritorum, usque ad infimum illorum ordinem  
Fortunas, et praesertim Honorem protegit, idem  
ergo etiam in persona Benedicti Abbatum Spe-  
ranus. Ut qui omnium et inter illos ipsorum  
etiam Fratrum Catholicorum Consensu et su-  
mmilima ad Vestram Majestatem recommenda-  
tione ad hoc officium presentatus, et ab  
Eadem acceptatus, ac benignissime confir-  
matus fuit. Adeoque humilime Vestram Ma-  
jestatem oramus, dignetur clementissime pre-  
sistere, ne in ipsius Persona, vel occasione ex-  
emplum



emplum statuatur, iis, quae jam ostendimus  
contrarium et prejudicium, Denique et  
universos et singulos Vestrae Majestatis  
Fideles ac Servos et gubernos et futuros  
Constitutum et territorium. Sed h' omni-  
modo e re Vestrae Majestatis et Patriae judi-  
cabitur, ut Benedicto Aente alius surrogetur,  
fiat ex reahibus Transylvanicis Diplomate  
et bono ordine accipiens etiam Aente honore  
Salvis

Quid uti sub Benignissime Resolutionis et Consolati-  
onis spe, quam humiliter oramus, ita Vestrae  
Majestati foelix ac prosperae Imperium  
precamur. Datum Albae Juliae Die 7<sup>ta</sup> May  
1699

Janne Caesaree Regiae, Majestatis Vestrae  
Humilissimi et obsequiosissimi  
Seci ac Subditi  
Regium Transylvanie Subalterni.

Comes Georgius Banffy

Comes Nicolaus Deshlon

Michael Class





*[Faint, illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]*



Geistl. Rathsch. Gubern. d.  
Referenz. hies. hies. hies.

Wien d. 4. May 1764

Sacratissima Romanorum Imperatoriae ac Ser-  
maniae, Hungariae Bohemiae, &c. Regiae  
Majestati &c. Domino Domino nobis  
Dementissimo &c. &c.

Geistl. Rathsch. Gubern.

